

mansi ad suum altare pertinerent, dictos mansos assumptis villicis, qui ipsos coluerunt, per sortes divisimus eosdem, quoslibet agros ad quem pertineant signis demonstrando specialibus et notando videlicet tres mansos ad altare Deghenhardi et tres mansos ad altare Brunonis et unum mansum cum dimidio ad altare Reymboldi cum pratis et aliis attinenciis universis, insuper duas curias villicales et unam casam in cimiterio et duas areas in villa eciam per sortes inter eos dividendo, ita videlicet quod curia magna ad sex marcas estimata cecidit per sortem Reymboldo, alia vero curia villicalis parva ad tres marcas estimata cecidit per sortem Brunoni, item casa in cimiterio cum parvo spacio adiacenti et duabus areis in villa estimata ad quatuor marcas et dimidium fertonem cecidit per sortem Deghenhardo. Ceterum notum facimus universis, quod dictus rector ecclesie sancte Katherine pro Reymboldo predicto se obligavit, quod ipse vel dictus Reymboldus, si predictum rectorem mori contingeret infra duos annos proximos, que (*sic!*) instabant in die Kiliani proxime preterita¹¹¹, dabit Deghenhardo et Brunoni predictis vel eorum procuratoribus tres marcas et alterum dimidium fertonem omnibus dilacionibus postpositis et semotis, et iamdicti iuvabunt dictum Reymboldum solvere villico edificia vel fossata secundum taxationem mansorum, si qua dicto villico sint et probata fuerint debito persolvenda. In evidenciam premissorum petivimus presens scriptum sigillo honorabilis viri domini Florini decani ecclesie sancti Blasii in Brunswich sigillari. Et nos Florinus¹¹² dei gracia decanus ecclesie sancti Blasii predictae nostrum sigillum ad petitiones predictorum dominorum apposuvimus huic scripto. Anno domini M^o CCC^o XLI^o in crastino Kiliani.

Plica mit anhängendem Siegel des Dekans Florinus von S. Blasius (Legende: S' FLORINI DECANI SCI BLASII I(N) BRUSW).

4

Hermann von Warberg übernimmt auf 8 Jahre die Güter des Braunschweiger Blasiusstifts in Wackersleben, Büddenstedt und Heskendorp. 25. Mai 1351

Überlieferung: Wolfenbüttel StA, VII B Hs 129, f. 72r; zeitgenössische Kopie. Siehe o. S. 185, 213.

¹¹¹) 8. Juli 1341.

¹¹²) Dekan Florinus von Dahlum: Goetting – Kleinau S. 445; Döll S. 188.